



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 25. Citatio Joannis XXIII. Papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

ti interesse, necessitate compulsi sunt: cer-
 nebant enim res Joannis Papæ in pes- Sæcul. XV.
A.C. 1415.
 simo loco, imo jamjam desperatas esse,
 ex quo Fridericus ejusdem Fautor Con-
 stantiam venisset. Nihilominus huic
 Sessioni nonnisi duodecim ex Purpuratis
 aderant.

§. XXIV.

Session septima.

Session hæc die secunda Maji habita or- Labbe Conc.
tom. 12. p. 35.
 dine septima fuit, cui Cardinalis Viva-
 riensis, præsentè etiam Cæsare, præfuit.
 Primo caussa Hieronymi Pragensis discu-
 titur, qui cum ad primam citationem de-
 cima octava Aprilis factam non compa-
 ruisset, altera vice secundum juris præ-
 scripta in judicium vocandus decernitur.
 Postea Concilii Procuratores Joannis
 gesta satis prolixè prosequuntur, eique
 cum omnibus illius sequacibus diem dici,
 necnon securitatis literas, ut libere ac tu-
 to Constantiam adire possent, Concilii ac
 Cæsaris nomine dari postulant.

§. XXV.

Citatio Joannis XXIII. Papæ.

Summam citationis impræsentiarum ex- Ibid. p. 37.
 hibeo: *Sacrosancta Constantiensis Syno-
 dus Ecclesiam Catholicam repræsentans, in
 Spiritu*

Sæcul. XV.
A.C. 1415.

Spiritu Sancto legitime congregata universis Christi fidelibus unionem & pacem Ecclesie ac gaudium sempiternum. Pridem post clandestinum recessum Joannis Papæ XXIII. ipsam Ecclesiam scandalizantem, & contra datam fidem factum, per nonnullos Prælatos & alios nobiles viros ad eum transmissos, eundem requiri, ac moneri fecimus cum debita instantia, quatenus ad hanc civitatem Constantiensem rediret, ea quæ promiserat, voverat, ac juraverat, impleturus. Et cum id facere nolle, non redeundo, & ad loca magis longinqua fugiendo, ostenderet; a Concilii Promotoribus requisiti, ipsum per edictum publicum peremptorie citamus ac decernimus, quatenus hinc ad novem dies proxime venturos a die executionis hujusmodi citationis nostræ publicandæ ipse & sui fautores personaliter compareant, ad accusationum capita hæresis, schismatis, simoniæ, malæ administrationis ac dilapidationis bonorum Ecclesie Romanæ & aliarum Ecclesiarum, necnon & de aliis pluribus & gravibus criminibus, in quibus incorrigibilis perseverat, de jure & justitia responsurus. Certificantes, quod sive in dicto citationis hujusmodi termino comparuerint, sive non, contra eos ad ulteriora per nos debite procedatur, justitia mediante. Perlecta hac citatione Patres, Sessione sequenti ad quartam Maji diem indicta, discesserunt.

§. XXVI.